uel potestates istae contrariae ut non xpianorum genus
latius ac profusius propagetur. Scriptum namque est:
quia quanto magis eos humiliabant tanto plures fiebant
& inualescebant ualde. confidimus autem quia non solum
non nos potuerunt obtinere inuisibiles inimici ~~aduersarii~~
nri. uerum &iam uelociter ihu dno nro uincente conteretur
satanas sub pedibus seruorum eius; illo &enim duce nos uince-
mus militer sui. ita ut nos dicamus sicut in haec tra scriptum est.
quia a te dne est uictoria & ego tuus. benedictus es dr ueritatis que
semper nos inuecamur (ut) d& nobis uictoriam. In xpo ihu dno nro. cui e
gloria & imperium in scta sctor. amen. EXPLIC OMEL. VIIII.

INCIPIT OMEL. X. DE DOLO GABAONITARUM

IN domo patris mei multe sunt mansiones. dicit uerbum di. &
resurrectio mortuorum non hab& aequalem resurgentium.
gloriam. sed alia caro uolucrum. & alia pecorum. alia uero piscium
& corpora caelestia. & corpora terrestria. Sed & alia quidem.
caelestium gloria. alia terrestrium. alia gloria solis. alia gloria lune.
alia gloria stellarum. stella (enim) ab stella differt (in claritate) in gloria ita & resurrec-
tio mortuorum. Multe ergo eorum qui ad salutem ueniunt.
differentiae designantur. Unde & nunc gabaonitas hos quorum
historia recitata e arbitror portiunculam quandam esse eorum
qui saluandi sunt. ita tamen ut non absque alicuius note inustione
saluentur. Uides namq; quomodo ligni cessores uel aque gesta-
tores fieri condempnantur ad obsequium populi & altaris di
ministerium. qm quidem cum dolo & calliditate accesserunt ad
filios israhel. pannis (et) calciamentis ueteribus induti. & cibus uetusti
panis deferentes. Isti ergo ueniunt ad ihm cum omnibus ue-
tustatibus suis. & orant. ab eo hoc tantum ut saluentur. In quo-
rum figura tale mihi uidetur aliquid ostendi. sunt quedam

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
UNESCO Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc97/0100